

fufficiat, errat enim in fide. Error verò in fide non stat cum fide, vt determinat doc. in 3. sentiarum.

Nemini
via celo
rum est
clausa.

Secunda doctrina, quæ spem roborat est hæc. Nemini via merendi regnū celorum clauditur, donec præsentis vitæ dies terminetur. Nam ad labores vitæ, omnes cuiuslibet ætatis etiam, q ad vltimam vitæ suæ horam (quæ per 11. intelligimus) peruenerint, vocantur. Nec a vocatione cessatū est, donec veniret sero presentis vitæ, mors. s. postquam iam operari non licebit, sed secū dum merita præmiari. Hinc per Ezech. dominus ait cap. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iustitiam, & iudicium, ipse animam suā iustificauit &c. Cum id est quandoque. Et Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis, vt tenebræ vos non cōprehēdāt.

Per hanc doctrinam excluditur pusillanimitas, & desperatio peccatorum. Quis enim crudelissimus, & inueteratus peccatorum desperabit, cum omni hora, omni ætate ad penitentiam vocatur? Et quamdiu spiritus est in homine (vt dictum est) conuerti volentes suscipit.

Tertia doctrina charitatem inflammat, quia patrisfamilias dilectionem amplissimam manifestat. Et est hæc. Dilectio summi patrisfamilias omnes amplectitur, omnes vocat, nullum respuit, nec peccata improperat, nec præmium propter quæcumq; præcedentia peccata minuit, sed ita peccatorem pro bene meritis remunerat quasi nunquam peccatum commississet. Hinc est q. nouissimi in conuersione postquam strenuè agunt erunt primi in remuneratione. Deniq; qui 11. hora, venerant, similem mercedem receperunt cum eis, qui portauerunt pondus diei, & æstus. Hinc Iaco. Dat omnibus affluenter, & non improperat. s. commissa prius. Et Ezech. 18. & 1. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est & custodierit vniuersa præcepta mea, omnium iniquitatū suarū, quas operatus est nō recordabor. In iustitia sua quam operatus est, viuet. Facto deniq;

hoc idem probauit Dauid, Petrus, Paulus, Mattheus, Magdalena, Maria Ægyptiaca &c. Per hanc doctrinam a negligentibus omnis excusatio amouetur. Nemo etenim (qui ob sui non conuersionem damnatur) excusare se poterit dicens Nemo nos cōduxit, dicente Grego. in homil. Quid nos à bono opere torpentes in excusatione nostri sumus dicituri, qui penē à matris utero ad fidē venimus, q verba vitæ ab ipsis cunabulis audiuius, qui ab vberibus sanctæ matris ecclesie potum prædicationis bibimus?

Nec cessat dñs nos p indices vocare exterius & interius. Exterius per creaturarū multiplicē specieē & pulchritudinē, p scripturā, p prædicationē, p flagella, p pspira, vt habet b. Aug. super psal. 103. Interius terrendo p peccatorū turpitudinē, mortis certæ incertitudinē, iudicij terrore, gehēnæ horrore, suppliciorū perpetuitatē &c. Consolando p spē indulgentiæ collationē græ, promissionē gloriæ, charitatē redemptoris, spū redēptionis. Quotiens aliquid talium occurrit, vel incidit cogitemus esse vocē Dei vocantis, & curemus dignē ambulare vocatione, qua vocati sumus. Ephes. 4. Quoniam sicut omnibus in vinea vsq; ad finē laborantibus, licet tādē venientibus p̄mium datur. Ita nullis non laborantibus, aut deficientibus ante finē, conceditur. Et quia præmij solutio certa est, idē vocatio conductio dicitur. Et sic primo mane per arcam gratiæ baptismalis.

Quarta doctrina humilitatis industriæ, & superbiæ ac temerarij iudicii destructiua est. Nullus quantumlibet fidelis cultor vineæ domini inflat, aut sibi honorem tribuat, alium ve minus diligentē iudicet, aut despiciat, se ipsū præferendo. Quis n. de cetero etiam si primo mane vocationi domini paruit, si ab adoleſcentia iugum domini portauerit, cuiuslibet peccatori se præferat, dū nescit si is, quē non videt ociosum a bonis operibus, in 11. fortē hora conuersus etiam sibi in præmio præferatur? Sic q; fiat nouissimus primus, & primus no-

Nullus
in vinea
laboras
supbiat.